



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

38. De quodam Clerico, qui Ordinem Subdiaconatus suscepit cum
dimissoriis falsis. Et docetur supradictum Clericum incurrisse
suspensionem. Difficultas verò est, an incurrerit irregularitatem? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

in *pract. confess. tract. 5. cap. 3. §. 2. num. 12.* Pater Bardi in *Bull. Cruc. part. 2. tract. 6. cap. 7. §. 5. n. 7.* Ludovicus à Cruce, *disp. 1. cap. 4. dub. 10. n. 3.* Trullench *lib. 1. §. 7. cap. 2. 1. dub. 1. §. 5.* Castrus Palau *tom. 4. tract. 2. §. 5. puncti. 8. §. 4. num. 1.* & alii firmantes posse Confessariis privilegio Bullæ Cruciatæ à Pontifice sibi concessio auferre suspensionem contractam, ut est in casu nostro, per indebitam Sacrorum Ordinum suspensionem. Nota quod etiam Quintadaduas in *Proemio Instruct. Ordin. n. 9.* docet sumentes Ordines cum dimissis falsis, incurrere suspensionem.

2. Sed quia Hieronymus Gasias in *sum. Theolog. mor. tract. 1. diff. 1. dub. 1. 3. puncti. 4. n. 14.* putat, supradictum Clericum ordinatum cum falsis dimissis incurrere irregularitatem latam in *cap. 1. de eo, qui furtive ordinem suscepit*, adhuc existimo, etiam stando in hac opinione posse in casu nostro, quia delictum est occultum, dictam irregularitatem etiam dispensari per Episcopum, iuste iure novo Concilii Trident. *sess. 24. cap. 6. de reform.* Et ita docet Barbosa in *d. cap. 1. num. 2.* Castrus Palau *tom. 6. disp. 6. puncti. 17. n. 4.* Sayrus de *confess. lib. 7. cap. 10. num. 38.* Calpenis in *cur. Theolog. tom. 2. tract. 2. §. 5. §. 5. n. 34.* Pellizzarius, *tom. 2. tract. 7. cap. 5. §. 3. n. 123.* & alii. Iam aliqui probabiliter plus addunt, posse dictam irregularitatem dispensari etiam à quolibet approbato Confessario, virtute Bullæ Cruciatæ. Et idem ad confirmationem supradictorum apponam hic verba Patris Gasias *ubi supra n. 32.* sic itaque ait: Esta irregularidad si es deducida ad forum contentiosum no puede dispensarla el Obispo, si no en caso, que el reo huviesse entrado en Religión, y hecha assi penitencia, en el qual concede el capitulo, Veniens, que pueda dispensar el Obispo, pero si es oculta aunque se quede el tal ordenado en el siglo, podra dispensar con el al Obispo en virtud del Concilio Tridentino, y lo mismo digo del Confessor ordinario virtute Bullæ Cruciatæ. Hæc Gasias. Et hoc ultimum de facultate, quam habent Confessarii dispensandi per Bullam Cruciatæ irregularitatem contractam ex mala ordinum susceptione, ut fuit in casu nostro docent communiter Thomistæ, quos ego

*alibi ad fatietatem adduxi, quibus nunc addo ex Societate Iesu omnino videndum Iosephum Gubalinum de *irregul. cap. 6. quæst. 5. n. 4.* ubi me citato late firmat hanc sententiam, & respondet ad argumenta contraria, afferentem absolute quod qui ex facultate generalitatis potest absolvere à censuris, potest quoque dispensare in irregularitate penali, ut est iste de qua loquimur. Et idem Magister Petrus Cornijo ornamentum Carmelitane Religionis in *3. p. D. Thomas, tom. 2. tract. 5. de irregul. disp. 7. dub. 1. q. 1.* sic ait: Dico irregularitatem per illegitimam ordinum receptionem etiam posse tolli in foro conscientie per Bullam Cruciatæ. Hoc est probabile, quia hæc irregularitas est Censura, & poena Ecclesiastica juxta nostram sententiam, atque ita potest tolli ex privilegio Bullæ Cruciatæ. Ita ille. Et hanc sententiam etiam probabilem putat Ioan. de Sot. in *summa, part. 2. tract. 2. §. 2. disp. 4. fol. 379.* Poncius in *cur. Theol. disp. 48. quæst. ult. n. 30.* Escobar ex Societate in *tract. mor. tract. 1. exam. 17. cap. 9. n. 130.* & etiam me citato Martinus de San Ioseph. in *Reg. S. Francisci de facultatibus confess. verb. dispensare num. 3. fol. 577.* & me citato Gallego de Vera in *bull. cruciatæ, cap. 9. dub. 139.* & me citato Remigius in *summa, tract. 6. cap. 5. §. 4. num. 2.* & me citato Ioannes Henriquez in *99. pract. scilicet. 31. quæst. 5. num. 37.* & me citato Crescentius in *Præsidio Romano lib. 3. numero 78.* & me citato Leander à Murcia Cappucinus in *quæst. 8. ad cap. 7. Regula S. Francisci, num. 65.* & me citato Guazinus Filius in *tractat. moral. lib. 2. defens. 6. quæst. 45. numero 2.* & me citato Pellizzarius *tom. 2. tractat. 8. capite 3. numero 90.* & me citato Marcus Serius in

Bullam Cruc. disputat. 1. difficult. 10. §. 8. quæstione 30. n. 5. & me citato Pater Magister Lezana in *sum. 99. Reg. tom. 3. verb. Bulla Cruc. num. 30.* & me citato Bassius in *flor. Theol. verb. irregularitate 11. num. 17.* Idem etiam docet Escobar in *Theol. moral. tom. 1. lib. 9. scilicet. 2. cap. 15. Prob. 29. num. 213.* Itaque talis supradicti Clerici non est ita desperatus, & absque remedio; ut aliqui putarunt his diebus; nam cum sit occultus, potest sive suspensionem, sive irregularitatem contraxerit dispensari ab Episcopo. Quod idem probabiliter puto dici posse de Confessariis Regularibus virtute suorum privilegiorum, & de quibuscumque Confessariis approbatis virtute Bullæ Cruciatæ. Ita tentio, salvo in hoc iudicio.

Sup. hoc late in 10. 7. tr. 1. ref. 300. & in aliis ejus annot.

RESOL. XXXIX.

An qui suscipit Ordinem sacrum ante legitimam ætatem, vel sine licitis dimissis, vel extra legitimam temporam incidat in suspensionem ex Bulla Pij II. & si celebret, incurrat irregularitatem?

Et an ad incurrendam hanc suspensionem requiratur dolus, vel saltem culpa lata, & mortalis, ita ut ignorantia etiam crassa, si affectata non sit, à suspensione, & irregularitate contrahenda excuset? Ex p. 3. tract. 4. Ref. 191. aliis 192.

Sup. tribus primis difficultatibus huius tituli inf. in ref. 41. à princ. & sup. in Ref. 37.

§. 1. **R**espondeo affirmative ex Bulla Pij II. si celebrat incurrit in irregularitatem. Sed prædictam poenam, ut notat Portel in *dubii Regul. verb. Ordines sacri, num. 13.* cum aliis communiter incurrit tantum præsumentes, unde sic asserit Villalobos in *summa tom. 1. tract. 11. diff. 1. num. 6.* [Se advier- ta, que para incurrit la dicha suspension es menester, que aya dolo por la palabra (*presumpserit*) que pone la extravagante, y así el que se ordena por ignorancia, que sea tal que excuse de presumpcion, y temeridad, aunque no excuse del todo de la culpa, no quedara suspenso, como dicen Navarro, Suarez, y Rodriguez,] sic ille. Igitur ad hanc suspensionem incurrendam requiritur dolus, vel saltem culpa lata, & mortalis. Sed plus addit Avila de *confess. part. 3. disp. 5. dubitat. 7.* nam ad id in tali casu requiritur dolum in ordinato, ut omnem ignorantiam etiam crassam, si affectata non sit à suspensione, & irregularitate contrahenda excusare dicat, licet hanc opinionem non admittat Layman in *Theol. mor. lib. 5. tract. 9. cap. 19. num. 2.* Vide Peyrinum in *privileg. Min. tom. 1. const. 1. Julij II. §. 16. num. 28.*

Sup. hoc sup. in Ref. 36. §. ult.

Sup. hoc in Ref. seq. & in alia ejus primæ annotation.

Sup. hac ignorantiam in Ref. seq.

RESOL. XL.

An qui non solum cum ignorantia invincibili, sed etiam moraliter vincibili, & crassa ordinatur, ante legitimam ætatem, extra tempora, &c. incurrat suspensionem latam à Pio II.

Et an qui ita Ordinatus est cum dolo, & tamen si postea facta penitentia celebret, credens id sibi licere, incurrat irregularitatem? Ex p. 5. tract. 10. Resol. 32.

§. 1. **R**espondent aliqui affirmative. Ita Fuschus de *visit. lib. 2. cap. 28. num. 37.* quia non decet ignorare, quod communiter omnes sui Ordinis sciunt, & idem Riccius *part. 4. decis. 91. num. 6.* tutius existimat in tali casu dispensationem obtinendam esse: & Bonacina de *conf. disp. 3. puncti. 5. §. 1. num. 2.* absolute docet quod si aliquis ex ignorantia moraliter vincibili ordinetur ante legitimam ætatem, incurrit hanc suspensionem.

Q 4

2. Verum